



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Votum VII. quoad co[m]mutationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

808 V O T V M VII.

niam huiusmodi votum est nullum. Irritatio autem supponit vinculum.

Vt votum censeatur ratificari, non satis est credere quod valet, nec velle adimplere: sed requiritur expressè velle, quod in posterum valeat, quamvis antea non valuerit. num. 71.

Pater non potest irritare vota filij facta cum consensu patris. cap. 14. num. 17.

V O T V M VII.

Quoad commutationem.

C O M M U T A T I O quando fit ex rationabili causa, debet fieri in bonum aequale: quando vero sine illa, in melius. cap. 12. num. 63.

Causa sufficiens ad commutandum votum Castitatis, est fragilitas adimplendi. num. 78.

Commutans votum debet perpendere qualitatem vountis, & expensas, quas facturus esset in adimplendo votum. numero 77.

Votum iejunandi emissum à paupere, potest commutari in minus, quam votum dicitur. ibidem.

Votum



Votum de eroganda eleemosyna alicui Ecclesiæ potest commutari etiam sine consensu Ecclesiæ. num. 78.

Quodcunque votum etiam Hierosolymitanum potest commutari in votum religionis. ibidem.

Quilibet simplex Sacerdos non poterit commutare votum in articulo mortis, licet possit absoluere à quacumque voti fractio-
ne 79.

Qui verò potest tantum commutare vo-
tum, non poterit cum illo dispensare: neque contra. num. 79.

Prælati inferiores Episcopi non haben-
tes iurisdictionem quasi Episcopalem,
non possunt commutare, vel dispensare,
vota, nisi ex præscripto & priuilegio: pos-
sunt tamen prælati regulares, quoniam ha-
bent iurisdictionem quasi Episcopalem.
num. 75.

Qui recepit diploma Papæ concedentis
facultatem commutandi, debet petere com-
mutationem à Confessario. num. 79.

Commutatio facta per bullam Cruciatę;
fieri debet in utilitatem Bullæ. ibidem. 80.

Non potest quis auctoritate propria cō-
mutare votum etiam in melius, nisi mani-
festè constet illud esse gratius Deo, & con-
sequenter neque Confessarius, nec alias, cui

E E e § non



810 V O T V M VIII.

non sit data facultas commutandi. in Nou.
num. 75.

Per Bullam cruciatæ possunt commutari
vota emissa post eam. Nou. num. 80.

V O T V M VIII.

Quo ad dispensationem.

A D E S I D E R I V M , & tentatio non ad-
implendi vota , non est sufficiens causa
ad dispensandum. cap. 12. num. 11.

Votum religionis , vel peregrinandi
Hierosolymam, si tale peccatum cōmiserit,
non potest ab Episcopo dispensari, nec post
adimpletam conditionem, nec antea. Votū
autem non committendi tale peccatum sub
pœna eundi Hierosolymam, ante impletam
conditionem, vtrumque potest ab Episcopo
dispensari. num. 43.

Qui voulit ingredi religionem , & perfec-
uerare, debet in petenda dispensatione vtrū-
que exprimere. ibidem.

Peccat qui impetrat dispensationem voti
ob causam falsam & iniustam. num. 57.

B Dispensatio differt ab irritatione, & com-
mutatione, nam irritatio non aliam causam
postulat, quam voluntate illius , qui ad irri-
tandum habet facultatem. Dispensatio vero
causam